


en met den Haagw. heer  
Deke, v. Pittard in overleg  
te treden, omziedens den  
dag meer Installatie.

Na afgeleeg examen  
root de Examinatores synoda  
les in het Seminarie, kan  
Uw Edele op het secretariaat  
van hier, Berdom, het stuk  
meer benaeming in outvaugt  
nemen.

Terwijl ik uw eere  
myne beste felicitatie, aan  
bied, heb ik de eer my  
hoogaachtend te maaken.  
Uw Edele ned. Dienaar.

+ J. A. H. Paauw  
Bisj. v. Paauw



**FRANCISCUS ANTONIUS HUBERTUS,**  
MISERATIONE DIVINA, ET SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ GRATIA,  
**EPISCOPUS RURÆMUNDENSIS.**

Dilecto Nobis in Christo Magistro *Antonio Huberto Stanssen Vicario Sacri de Sathmar*  
*Diacesis Sathmar* Presbytero, Salutem in Domino

Vitæ ac morum honestas atque laudabilia probitas ac virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut tibi magistro *Antonio Huberto Stanssen* committamus, prout per presentes Literas usque ad earum revocationem, seu aliam nostram dispositionem valituras, committimus munus seu Officium deservendi Ecclesie succursali *Assumptio Mariae B. M. V. in Einighausen* ac ibidem omnia munia pastoralia peragendi, Sacramenta administrandi, verbum Dei predicandi, Fideles illius Ecclesie in Matrimonium conjungendi, et ad Matrimonia inter eosdem celebranda Vicarios tuos, Parochos, seu aliarum succursalium Administratores deputandi. Quocirca amplissimo Domino *Stammi Bernaboe Sathmar* presentium tenore mandamus, ut coram fidelibus ad hoc specialiter convocatis, te in Ecclesie predictæ administrationem immitat. Tibi autem sic auctoritate nostra inmissio facultatem concedimus, ut exceptis hæresi, apostatâ et homicidio voluntario, a reliquis casibus Nobis reservatis, absolvere possis et valeas; et tandem per viscera misericordie Dei nostri te adhortamur, ut Mandatis et Monitis in Decretis et Statutis Concilii Provincialis et Synodi Diocessane traditis et aliis in hæc Diocessane vigentibus, mentem tuamque agendi normam accommodes, et gregi, tunc curæ commadito, sollicitè invigiles, quasi de animalibus Sanguine Christi redemptis, Supremo Judici rationem redditarus.

Datum Ruremundæ anno millesimo octingentesimo octogesimo *1887* mensis *Junii* die *quarta*.

*F. A. H. Stanssen*  
Ep. Ruremund.  
Ad mandatum Domini et Illmi Domini Mei  
*Stanssen*